

(209)

EPILOGUS.

Quod quatuor istis Libris titulum de Vero Christianismo præfiximus, eo factum est, quia vera fides in Dominum nostrum Jesum Christum, & fidei justitia, fontes sunt ex quibus totam Christiani hominis vitam promanare oportet. Itaque nos haec non Ethnicis, non, sed fidelibus; non justificandis, sed justificatis; non paganis deniq; sed Christianis scripsimus: illis dico, qui recepta fidei Christianæ formula vitam nihilominus ducent antichristianam, & fidei efficaciam vel abnegat, vel intelligere nolunt. Itaque quæ de Pœnitentia & Christiana charitate disseruimus, ea presupposita fide & præludente fide in Christum sunt intelligenda. Deinde ne quis forte existimet, nos carnali & libero nostro arbitrio, itemq; bonis operibus nimium tribuere, scire licet nobis aliam longem entem esse, illudque tantum velle nos omnibus esse persuasum, quia Christiani & spiritu Dei uncti sumus, debere Christum in nobis vivere, & dominari, item Spiritum sanctum nos regere, impellere & gubernare, ne hypocriticus & ementitus fucatusque sit noster Christianismus. Porro quod alteram

K 3.

partem